

250 TH. BARTHOLINI
In Ægypto aliqua majora, quam in Græcia
sunt, ut boves, & oves. Cujus rei causam
attribuunt cibo, qui aliis largè, aliis parcè
sit, &c. Hincque adeò tanta Uni-
cornuum nostrorum, quæ ex vero
Monocerote creduntur, in magnitu-
dine varietas, ut à veterum alienissima
diceres. Quod ut pateat apertius, per
singula excurrentes ad examen vocabi-
mus quæ in Magnatum Pinacothecis
pro veris asservantur.

CAP. XXVII.

*Unicornua S. Dionysii Gallica examinantur.
S. Marci Veneta. Hispanicum. Ultraje-
ctense. Helvetorum. Danicum. Mercatorum Venetorum. Et Gedanensis Em-
pirici.*

Occurrit fronte prima Gallicum
Unicornu in templo S. Dionysio
sacro prope Lutetias, quod inter prima
notæ melioris reponit *Baccius* lib. 2.
cap. ult. descriptionibus veterum *Ælia-
ni, Plinii, & Varthemani* proximum,
quia